Actum in Castro Præmisliensi Sabbatho Pridie Festi Sancti Valentini Martiris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Nono.

13/II

Zielonka in rem Stadnicka Roborat et Statuet.

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castr. Capitanealibus Præmisliens. Generosus Paulus Zielonka Sanus mente et corpore exens A terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus q[ue] suis quibusuis proprijs et comparens recedens Pro vero Iurisdictioni Castren. Capli Præmisliens. quo ad actum praesentis Inscriptionis tantum attinet se cum succoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporans et subijciens Palam publice libere ac per expressum recognouit. Quia ipse suo et Generosae Hadwigis Chotecka consortis suae ttmo pro cuius ratihabitione cauet et se praesentis inscribit noie de suosq[ue] successores inct super bonis suis generaliter omnibus inscribit et obligat praesentis compositionem amicabilem seu puncta quadam certa inter Magnificam Isabellam de Husiatyn olim Magnifici Casimiri Stadnicki Pallatini dis Belzen. consortem relictam ab una et de recognoscens atq[ue] praefatam consortem suam partibus ab altera ratione certarum rerum et creditorum ibiq[ue] contentarum conscriptam de actu et data illius in bonis villae Tustanowice die vigesima octaua Maij anno proximo praeterito Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo octauo confectam manu sui recognoscens et praefatae Magnificae

Stadnicka atque certorum amicorum in eodem contractu expressorum sub-
scriptis et sigillis communitis in omnibus eius compositionis amicabilis
seu pactis conditionibus punctis clausulis articulis vadiis ligamentis
ac rebus generaliter universis pro interesse sui recognoscentis et dictae
consortis suae tam in toto quam in parte tenere complere exequi
ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis eiusdem compositionis
amicabilis tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit satis-
facere. Praefatam compositionem amicabilem seu pacta ad praesentem
inscriptionem roboratoriam et praefatam inscriptionem ad illam compositio-
nem amicabilem in toto referendo idque sub vadio noningentorum flo-
renorum polonicalium per eundem recognoscentem sive eius successores supra-
scripto Magnifico Stadnicka et eius posteris ob non completio-
nem omnium et singulorum praefatae compositionis amicabilis contentorum
tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum
succumbens. Praeterea is idem recognoscens Paulus Zie-
linka se et suos successores in et super bonis suis quibuscunque
summisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis Memorato
Magnifico Stadnicka et eius posteris inscribit et obligat prae-
sentibus supradictam Generosam Helenam Chotecka consortem
sui recognoscentis vel in eventu mortis successores ipsius ad approban-
dam per ipsos praesentem inscriptionem roboratoriam compositionis
praefatae vel aliam similem suo pro interesse faciendam
ad acta authentica quaevis Regni eius perpetuitatis in se ha-
bentia intra decursum duodecim septimanarum statuere et per-
sonaliter adducere promissaque ab ea vel eius successoribus
vel promissa exequentur efficere idque sub vadio simili alio-
rum noningentorum florenorum polonicalium per eundem recognoscentem
nobilem Paulum Zielinka sive eius successores supradicto Ma-
gnifico Stadnicka sive eius posteris ob non statutionem
praefatae consortis suae ad exequenda promissa intra tem-
pus praefixum ad solvendum succumbens. Pro quo quidem

[illegible] kowski [illegible]

vadio

vel vadiis modo seorsivo ad solvendum succubit ac pro reali-
qua principali expressatis non completa complendisque praemissis
citatus extunc idem reugus Generosus Paulus Zielonka suis cum
posteris ad instantiam recensitae Magnificae Izabelae Stadni-
cka suae eius successorum ad officium praesens castrense capitaneale
Premislien. extunc demum quo ad respondendum spectat recessu
supradicto mediante in primo citationis termino tanquam peremptorio
stare comparere reddere vadium praedictum seu vadia luere instiga-
ti huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tene-
bitur seque ac suos successores ad ea omnia obligat et in-
scribit illum primum terminum peremptorium et alios omnes ex
inde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptos
vera infirmitate pro maiori minorennitate succorum legatione
intra vel extra regnum servitio militari ad munimenta ad exer-
citum tam aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimen-
tis non differendo ad quietationem ultra praeminos officii praefa-
ti castrensis Premislien. terminos dilationem sibi non recipiendo
nullesque motiones appellationes ac earum prosequutiones fa-
ciendo ac praemissa scripta praemis simplicibus vel triplicatis eva-
siendo suspensioni fatalis iuris cessationis terrae bello conventionique
ad caeteris omnibus universum quibusvis iuris remediis et defensis
non subterfugiendo nec modo quovis evadendo hac sua praesenti
recognitione ad praemissa omnia mediante.

Castellanus Premyslien. & Wapo[w]dski Roborant.

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus castren. capi-
taneatus Premislien. Illustris et Magnificus Felicianus a Gro-
chowce Grochowski castellanus Premislien. ab una et Generosus
Carolus de Radochonce Wapowski parte ab altera sani menti-
bus et corporibus existentes sed terrestris districtibus iuribus sancitio-
nibusque suis quibusvis propriis et competenter recedendo. Parti vero